Dedicationsbrief der St. Barbara Kirche 1491

1-0177/64

Conradus dei et aplice sedis gra Epus Bellinen Reuerendissimi in cristo patris et domini dni Melchioris Epi Bremen in pontificalibus Suffraganeus generalis Uniuersis et singulis cristifidelibus presentibus et futuris Salutem in domino sempiternam Uniuersitati vestre notum facimus per pntes Quod nos in wengen plebis beate Marie virginis in marsubio alias in nemeberg bremen dioc Capellam quandam de nouo erectam vnacum altari ad humiles preces pastoris ibidem vnacum vicinis in honore sanctorum Floriani et Barbare virginis et mrm ac omnium sanctorum secundum ritum et consuetudinem sancte Romane ecclesie ac sanctorum patrum instituta In supradicto quoque altari reliquias Sanctorum Andree apli Laurentii Georgii mrm Ingenuum Albinum Virgilii Martini pontificum Barbare virginis et martiris et aliorum sanctorum quorum nomina scripta sunt in libro vite in ipso altari inclusimus et sepelivimus solemniter consecrauimus Instituentes festum dedicationis capelle et altaris predicti dominica proxima post festum sancti pangratii perpetuis futuris temporibus celebrari Cupientes preterea ut dicta capella debitis veneretur honoribus et a cristifidelibus iugiter frequentetur Omnibus et singulis vtriusque sexus fidelibus vere penitentibus confessis et contritis qui In Natiuitatis Circumcisionis Epiphanie Cenedm Resurrectionis Ascensionis Penthecostes Trinitatis ac corporis domini nostri ihu cristi ac gloriose semperque virginis Marie quotiens in anno occurrerint Beatorumque petri et pauli aliorumque aplorum Nec non dedicationis et patronorum capelle et altaris predicti festiuitatibus causa deuotionis ad eandem confluxerint et deuote visitauerint seu manus eid porrexerint adiutrices De omnipotentis dei misericordia Beatorumque Petri et Pauli aplorum eius confisi suffragiis Quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus Harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum Datum et actum in capella predicta die dnica que erat quindecima mensis may Anno a natiuitate dni Millesimo quadringentesimo nonogesimo primo 1495